Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2169
Quelle:
Copyright:

Quoniam fundamentum et ianua &c. ut *Cod.* XC. ubi *Bonaventurae* tributum invenies.

VII. *fol.* 132. *Incipit Tractatus dyalogus rationis et conſcientie de ewkariſtie ſumpcione.* Initium: *Multorum tam clericorum quam laycorum* &c. Adi *Cod.* DCXXXVII. ubi *Matthaeo de Cracovia* adſcriptum invenies.

VIII. *fol.* 142. p. 2. *Incipit tractatus ſiue epiſtola de diſcretione habenda in raro uel cottidie celebrando miſſas.* Initium: *Quem admodum in quorundam domibus nobilium nomina eorum* &c. *Cod.* jam XC. recenſitus, ubi pariter *Matthaei de Cracovia* nomen praefert.

IX. *fol.* 149. *Incipit Tractatus de contractibus magiſtri Johannis Gerſon.* Initium: *Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum* &c. Extat T. III. *Opp. col.* 165.

X. *fol.* 164. *Sequitur tractatus de contractibus de iugo laborum originali magiſtri Heinrici de Haſſia.* Initium: *In ſudore vultus tui* &c. Duabus in Capita diviſis conſtat Partibus, quarum Index ad calcem adtextus eſt. Jam indicatus alibi.

XI. *fol.* 204. *Sequitur Epiſtola* (Ejusdem) *de contractibus empcionis et vendicionis ad conſules wienn.* Etiam hanc Epiſtolam recenſuimus.

XII. *fol.* 225. *Incipit liber ſoliloquiorum ſancti Auguſtini epiſcopi.* Initium: *Agnoſcam te domine cognitor meus* &c. Opuſculum in XXXI. *Capita* diviſum et finiens: *Omnis clementia ſit deo patri et filio et ſpiritui ſancto Amen*, non eſt *Auguſtini*, ſed ex ejus, *Hugonis Victorini* et aliorum ſententiis compilatum, unde et *Mauriani* editores illud in *Appendicem* T. VI. *Pariſ.* 1685. ad *col.* 85. rejecere.

XIII. *fol.* 242. *Incipit ſoliloquium beati Bernhardi abbatis.* Initium: *O Cor meum rogo te ne ſis cor fatui* &c. Finis: *ut minime ab eius voluntate deuies per infinita ſecula ſeculorum amen.* Editum olim a *Jac. Gretſero*, et nunc merito inter *Bernardi* Spuria reputatum extat edit. *Pariſ.* 1690. *f. T. V. col.* 787.

XIV. *fol.* 246. p. 2. *Incipit formula honeſte vite ſancti Bernardi.* Sic: *Petis a me frater cariſſime quod nunquam et nusquam* &c. Formula haec jam Sec. XV. typis vulgata in *edit.* mox *citata* pone ſequitur *Soliloquium*, et jam alibi indicata eſt, ſed in praeſenti verſus finem multum abit ab impreſſa.

XV. *fol.* 248. *Sequitur decretum ſuper quibusdam contractibus ſiue conceſſionibus.* Ad *Martinum* V. Pontificem delata erat quaeſtio, utrum licite quis pecunia indigens poſſit vendere reditus ſeu cenſus aliquos bonis ſuis inhaerentes, et eos deinceps eodem pretio redimere, conditione hac in ipſo Contractu expreſſa, qui mos per Germaniam, ut adparet, inoleverat. *Martinus* rem expendendam *Gwilerino* (Guilelmo Philaſterio ſ. Filaſtro Gallo) ſancti *Marci* Presb. Cardinali commiſit, cujus judicium